

CLAVDII SALMASII
Relatio^{rum} DE collig.^{orum} Genes.
SUBSCRIBENDIS
ET SIGNANDIS
TESTAMENTIS,

ITEM

De Antiquorum & Hodieⁿnorum
Sigillorum differentia,

TRACTATVS;

CONTRA

DESID. HERALDV.



LUGD. BATAV.

Ex Officinâ Elseviriorum.

1553.



A M I C U S
 L E I D E N S I S
 A M I C O
A M S T E L O D A M E N S I ,
 S. D.

ACCEPI, legi, confutavi,
 Vit amicissime, primas pa-
 ginas Animadversionum
 Desiderii Heraldi, nunc
 Advocati Parisiensis, olim Ludimagi-
 stri Sedanensis, in Observationes Sal-
 masii ad jus Atticum, quas Amstelodam-
 amo ante aliquot septimanas mi-
 sisti. Si erunt similia quæ sequen-
 tur, & pari filo texta, sanus non forer
 qui judicaret opus esse ea refelli, quæ
 risu digna videntur, & ludibrium
 potius debere, quam refutationem
 mereri. Nec vano tamen augurio



S P E C I M E N
C O N F U T A T I O N I S
Animadversionum
D E S I D E R I I H E R A L D I.

C A P. I.

Non fuisse iniquam Salmasii de Heraldi vesania querelam. An Salmasius sit Grammaticus; & quem proprietates Graeci Romanique hoc nomine intellexerint. Non magis esse Grammaticum eum qui de Grammatica scripsit, quam aratorem qui de agricultura. Criticam exercuisse Heraldum non minus quam Salmasium, sed longe infelicius. Disputationem Salmasii de Mutuo nec fœdam esse nec absurdam, ut Heraldus argutatur, aliquot argumentis probatum. Heraldum non esse Iurisconsultum, nec Goesium. Inter monstra Salmasii recenseri ab Heraldo quod obligationem ex credita pecunia & reddenda contractam tradiderit non esse alienationem; item quod Testamenta prius subscripta quam signata crediderit.

VESTIBULUM ante ipsum primitusque in fauibus Orci, id est, in limine infamis scriptio[n]is furiosi Cerberi pro titulo primæ sectionis ponitur, *Iniqua Salmasii de auctore*
B *quere-*